UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

CCCCXC. Henning von der Schulenburg, Probst zu St. Marien in Salzwedel, bestätigt die Errichtung einer Commende in der Marienkirche, am 2. August 1487.

**Nutzungsbedingungen**

urn:nbn:de:hbz:466:1-54909

Visual Library

## CCCCLXXXIX. Kurfürſt Johann verwendet ſich bei der Stadt Hamburg für eine Unterſtützung des heil. Geiſt-Kloſters zu Salzwedel zu ſeiner Verlegung nach der Nicolaikirche daſelbſt, am 4. März 1487.

Johanns, von gotts gnaden Marggraue zu Brandemburg, Churfurſt, zu Stettin, pomern etc. Hertzog, Burggraue zu Nuremberg vnd furſt zu Rugen. — Vnnſernn gunſtlichenn grus zuuorn, Erſamen Weyſzen Lieben Beſundern. Wir ſein In warhafftiger erfarung, wie das Junckfrawen Cloſter zum heiligen geiſt ſant Auguſtin ordens vor vnnſer Stadt Soltwedel, ann gebewde vaſt abgenomen vnd nicht wol zu beſſern, auch nicht ſo an guten gelegen ſey, dar In die Junckfrowen ire andacht got zu dienen vnüerhindert mochten verbrengen, deſzhalben wir Inen vff ire bete vergunt vnd ſo vil an vnns iſt zugelaſſzen haben, das ſie die kirchen ſant Niclas In der gnanten Stadt Soltwedel einnemen vnd mit hulff frommer lewte ein ander Cloſter dabey vnd daran vffrichten vnnd pawen mogen, das ſie doch ane almuſzen nicht thun mogen, vnns darauff gebeten, Inen an uch ein vorſchrifft zu geben, damit ſie deſter die almuſzenn bey uch Zu bitten Zugelaſſzen mochten werden. Damit aber der gotts dinſt gemert vnd die armen Junckfrawen zu weſzentlicher wonunge deſter komen, Begern wir mit ſundern vleis Bittende, wollet denſelben Junckfrawen In der Stadt bey vnd vſſm lande zu obgedachten gebewde des Cloſters das Almuſzen zubitten vergunnen vnd ſunſt In andern iren ſachen forderlich ſein, das lon von got nemen vnd uch alſo hirin erzaigen, das ſie vnſer vorſchrifft groſſzer entpſunden, das wollen wir widervmb gonſtlich gern verſchulden. Datum Coln an der Sprew, am Suntag Inuocauit Anno LXXXVII.

Den Erſamenn vnnd Weyſsen vnnſern lieben beſundern Borgermeiſtern
vnd Rathmannen der Stadt Hamborch.

Nach dem Originale.

---

## CCCCXC. Henning von der Schulenburg, Probſt zu St. Marien in Salzwedel, beſtätigt die Errichtung einer Commende in der Marienkirche, am 2. Auguſt 1487.

Henningus de Schulenborch, prepoſitus Eccleſie beate Marie virginis In Soltwedel, verdenſis dioceſis, ac Magdeburgenſis et halberſtadenſis eccleſiarum canonicus etc. Hinc eſt, quod honorabilis vir magiſter Johannes boeck, In Capella ſancte Elizabeth noui opidi Soltwedel dicte verdenſis dioceſis vicarius et jn eccleſia ſancte katherine ibidem Commendiſta, ſalubri ex diuina jnſtigatione ductus conſilio, jn augmentum cultus diuini, ad honorem omnipotentis dei, jntemerate virginis marie ac omnium ſanctorum, jn anime ſue ſuorumque progenitorum, necnon omnium fidelium animarum remedium ſalutare, vnam Commendam, communiter elemoſinalem nuncupatam, jn dicta noſtra eccleſia beate Marie virginis ad altare ſancti Jeorgij de nouo jnſtaurauit et fundauit ac proprijs ſuis bonis dotauit, prout In litera fundacionis per eum deſuper confecta et nobis exhibita plenius continetur. Cujus tenor de verbo ad verbum ſequitur et eſt talis: Venerabili viro domino henningo de Schulenborch, prepoſito eccleſie beate Marie virginis in

Soltwedel etc. ego Johannes boeck, artium magiſter, preſbiter verdenſis diocefis, volens anime mee, parentum et progenitorum meorum de bonis michj a deo collatis ſaluti prouidere, prout ſepius deliberato diuina michi fauente clementia preconcepi, vnam commendam, elemoſinalem communiter noncupatam, Ad altare ſancti Georgij jn eccleſia Beate marie virginis veteris opidi Soltwedel predicti, jn honorem omnipotentis dei, beate et jntemerate virginis Marie ac beatorum viti Euſtachij, Appolonie, hegwigis et Allegundis patronorum de nouo inſtituo erigo inſtauro et fundo dei nomine per preſentes. Ad quam dotandam domum meam inter domos meam tranſuerſalem et hermen gartz ſitam poſt obitum metke vngelinges cum vſufructu dicte domus ad tempus vite eius conceſſi, pro vſu plenario et habitatione Commendiſte; viginti florenos renenſes ſumme capitalis, pro quibus duodecim modii ſiliginis annuatim ex curiis Titke gemen et kerſten menczel in villa lockſtede, verdenſis diocefis, iuxta tenorem Cirographi deſuper confecti et ſigillis validorum Werneri ſenioris et Werneri iunioris condictorum de Schulenborch ſigillati; Item viginti marcas Soltwedalienſes warandie, pro quibus annuatim ſex modii ſiliginis ex curia hans Schulten in Dreuenſtede iuxta tenorem cirographi Sigillo prepoſiture in Diſtorp ſigillati; Item Sexaginta marcas et ſex florenos renenſes ſumme capitalis, pro quibus annuatim duo talenta et ſex ſolidi Soltwedelenſis warandie duo cum dimidio modii ſiliginis vnus cum dimidio modii hordei et vnus cum dimidio modio hauene ex curia kerſten kladen in kleynow, prout in Cirographo Sigillis Berndt et hans condictorum de Schulenborch ſigillato; Item Quadraginta marcas ſumme capitalis, pro quibus annuatim due marce ex domo merten hornemans, opidani Nouiopidi Soltwedel, et viginti marcas ſumme capitalis, pro quibus annuatim vna marca ex caſa merten Sweymer, ante ualuam dictam Steyndor dicti Nouiopidi Sita, prout in cirographis Sigillis conſulatus Nouiopidi Soltwedel ſigillatis continetur, modo et forma melioribus, quibus de iure validius poſſum et debeo, aſſigno et eandem Commendam cum preſcriptis ſummis et cenſibus earundem, modo et forma premiſſis doto et volo, Quod dictus Commendiſta calice et miſſali prime Commende aſſignatis in diuinis officiis ſibi infra deputandis etiam vtatur, Et quod huiuſmodi Commendiſta in diuinis officiis ſit in ordine ſecundus. Jus vero patronatus ſiue committendi et ordinandi dicte Commende prima vice michi reſeruo, Ita videlicet, ut eam committendi in meo teſtamento ſiue extra eum tociens quotiens, prout michi placuerit, attributa ſit libera facultas, me vero iuxta diuinam diſpoſitionem ſublato, ipſum Jus patronatus ſiue committendi et ordinandi dictam commendam tociens quociens vacauerit, in Tide koſſebuw et poſt eum in eius natos maſculos ab eo in recta linea deſcendentes, et eis non exiſtentibus in ſeniorem proconſulem veteris opidi Soltwedel pro tempore exiſtentem, qui etiam principalis prouiſor eccleſie beate Marie virginis exiſtit, pono et tranſfero, ita videlicet cum ego et is, cui dictam commendam ut premittitur commiſerim, carnis debitum perſoluerimus, dictus Tido aut eius nati maſculi, ab eo ut premittitur deſcendentes, et iis non exiſtentibus Senior proconſulum veteris opidi Soltwedell et prouiſor pro tempore exiſtens vni de conſanguineis meis idoneori, actu preſbitero exiſtenti Aut in eodem anno, quo commiſſio ſibi facta fuerit, Sacros ordines adipiſci volenti, committat aut committant in Secula ſeculorum. Et ſi inter conſanguineos meos ad hoc aptus minime repertus fuerit, tunc conferens ſiue patronus pro tempore exiſtens ut premittitur eam vni de quatuor ſeruitoribus prepoſiture predicte videlicet Officiali conſiſtorii, Officiali chori, duobus capellanis et ei qui ſenior, non in annis, ſed in continuo ſeruitio dicte prepoſiture repertus fuerit, non beneficiato committet. Commendiſta vero ad dictam Commendam commendatus ad dicendum Singulis ſeptimanis die Martis miſſam de patronis predictis, Die Jouis miſſam de corpore criſti et die veneris miſſam de quinque vulneribus criſti, in Singulis addendo collectam Omnipotens ſempi-

terne deus qui viuorum dominaris ſimul et mortuorum etc., In Quibus memoriam mej et parentum meorum habeat ſpecialem, Niſi aliud canonicum obſtiterit jmpedimentum, ſit aſtrictus. Inſuper vt premiſſa inconcuſſa et inviolabiter ſubſiſtant et abſque aliqua diſtinctione habeantur, Volo et ſtatuo vt littere reddituum per me dicte commende aſſignate ſiue quibus alias dotata exiſtit Aut in poſterum aſſignande eidem ſub fideli cuſtodia apud decanum et camerarium fraternitatis majorum kalendarum, quibus commendiſta dicte commende annuatim octo ſolidos in profeſto beati Martini epiſcopi pro vivalibus dabit, ponantur et habeantur. Et quod dictus Commendiſta, Niſi cauſa ſtudii aut alterius manifeſte neceſſitatis abſens fuerit, perſonaliter ad regendam dictam commendam reſideat et prouideat et paratum ad ſeruiendum dicte eccleſie pro vtilitate eius Juxta voluntatem dicti domini prepoſiti Aut eius locum tenentis predictis miſſis non obſtantibus cum debita obedientia exhibeat. Si uero dictus Commendiſta perſonaliter reſidere recuſauerit, tunc conferens ſiue patronus pro tempore ut premittitur exiſtens eam alteri et reſidere volenti juxta tenorem fundationis preſcripte committet. Ne igitur ordinaria Inſtauratione et fundatorum huiusmodi et omnia et ſingula in ea contenta ex fluxu temporum ad vſus prophanos redigantur, veſtram venerabilitatem duxi exorandam, quatenus dictam fundationem et omnia et ſingula in ea contenta grata atque rata habere et auctoritate veſtra ordinaria admittere et approbare ac juſpatronatus ſiue committendi preexpreſſis concedere et aſſignare dignemini premium ab omnium retributore centuplum recepturi. Poſt cuius quidem litere fundationis preſentationem et receptionem nobis et per nos ut premittitur factam fuit nobis per dictum magiſtrum Johannem, prout in eodem continetur, humiliter ſupplicatum etc. Nos vero Henningus de Schulenborch, prepoſitus predictus, attendentes ſupplicationem huiuſmodi fore iuſtam et rationi conſonam et quod iuſta petentibus non ſit aſſenſus denegandus, dictam Commendam — auctoritate noſtra qua fungimur ordinaria approbamus et ratificamus, jus vero patronatus ſiue committendi inibi deſcriptis tam natis quam naſcituris eadem auctoritate concedentes et transferentes etc. — Datum et actum Soltwedel in aula eſtiuali dicte noſtre prepoſiture, Anno domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſeptimo, Die Jovis, Secunda Menſis Auguſti.

Nach dem Originale im Stadtarchive zu Salzwedel, Fach 26, No. 8. u. 10.

---

CCCCXCI. Der Rath zu Salzwedel beſcheinigt, daß Wilke Lagendorf die hundert Mark auf eine Wieſe angelegt hat, von deren Ertrage den Armen eine jährliche Spende an Kleidern und Schuhen aus Hoddendorfs Vermächtniſſe von der Gewandſchneidergilde zu machen iſt, am 24. September 1487.

Wy Jacob mechow, Role gladegow, Hinrik dorheide, Ludeke holtorp, hans rodenſze, hans werkmeſter, Jurgen ſchulte, hans beſendal, Jacob alem, hans muntter, Diderik mechow, Harmann chuden, Hoyger wittekop, hans groteian, Diderik brewitz, hans merin, Clawes moller vnnde kerſten hinrickes, Radmanne to Soltwedel, Bekennen — dat in vnſer jegenwordicheit wilke lagendorp, vnſe medeborger, heſſt vorkoſſt recht vnd redeliken to eynem rechten erſſkope, vorkoſſt ok in craſſt diſſes breues, vp vnd an ſyner wiſch vor dem parwer dare by des hiligen gheiſtes wiſch belegen twiſchen beyden vlaten, Hanſze rodenſze, ghüldemeſter der wandſcnider ghülde in